Πυγολαμπίδες. Σκαραβαῖοι.

XXXIV . . . . . Volitant alii magno cum murmure ac mugitu. Alii focos et prata crebris foraminibus excavant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratae, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuae. E contrario tenebrarum alumna blattis vita, lucemque fugiunt, in balineis maxime humido vapore prognatae. Fodiunt ex eodem genere rutili atque praegrandes scarabaei tellurem aridam, favosque parvae ac fistulosae modo spongiae, medicato[18] melle fingunt. In Thracia juxta Olynthum locus est parvus, in quo unum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. Πλιν. φυσ. ἱσ. Βιβ. XI.

—

(18) Hoc est, venenato, noxia quapiam vi infecto. Sic apud Maronem, in sexto Aeneidos, "medicatis frugibus offa". Apud Martialem, "medicata pocula" Hard.

Πυγολαμπίδες. Σκαραβαῖοι

294

XXXIV . . . . Volitant alii magno cum murmure ac mugitu. Alii focos et prata crebris foraminibus excavant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratae, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuae. E contrario tenebrarum alumna blattis vita, lucemque fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognatae. Fodiunt ex eodem genere rutili atque praegrandes scarabaei tellurem aridam, favosque parvos fistulosae modo spongiae, medicato melle fingunt. In Thracia juxta Olynthum locus est parvus, in quo unum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. » Πλίνιος Βιβ. XI.

(18) Hoc est, venenato, noxia quapiam vi infecto. Sic apud Maronem, in sexto Aeneidos, "medicatis frugibus offa". Apud Martialem, "medicata pocula- [illegible]" . .

Βιζύη. Τηρεύς. Χελιδών. Ζῷα.

XXXIV. (XXIV) Abeunt et hirundines hibernis mensibus, sola carne vescens avis ex iis quae aduncos ungues non habent: sed in vicina abeunt, aprica secutae montium recessus: inventaeque jam sunt ibi nudae atque deplumes. Thebarum tecta subire negantur, quoniam urbs illa saepius capta sit: nec Bizyae (6) in Thracia, propter scelera Terei. Caecina Volaterranus equestris ordinis, quadrigarum dominus, comprehensas in Urbem secum auferens, victoriae nuncias amicis mittebat, in eumdem nidum remeantes, illito victoriae colore. "

Πλιν. Φυσ. ἱστ. Βιβλ. Χ.

---

(6) Plinius lib. IV cap. XI: intus Bizya, arx regum Thraciae; invisa hirundinibus. "

a
296

Δημόκριτος. Χαμαιλέων

XXIX. Jungemus illis simillima et peregrina aeque animalia; priusque chamaeleonem peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum, non sine magna voluptate nostra, cognitis proditisque mendaciis graecae (s) vanitatis. Similis et magnitudine est supra dicto crocodilo, spinae tantum acutiore curvatura, et caudae amplitudine distans. Nullum animal pavidius existimatur et ideo versicoloris esse mutationis. Vis eius maxima contra accipitrum genus. Detrahere enim supervolantem

[illegible] Bd. XX[illegible]

(s) Quum plenissimam haec vanitatis esse Plinius fateatur, eaque consilio tantum referat, ut risu refellat, temere in eum virus acerbitatis suae evomuisse Gellium perspicuum est, quum hunc locum ita coarguit, X, 12: «Librum esse Democriti nobilissimi Philosophorum, de vi et natura chamaeleonis, eumque se legisse Plinius Secundus in Naturalis Historiae vicesimo octavo refert, multaque vana atque intolerabilia auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit». Inter Democriti sane opera istud de chamaeleone a Laertio non censetur. Forte

ad se traditur, et voluntarium praebere lacerandum caeteris animalibus. Caput ejus et guttur si roboreis lignis accendantur, imbrium et tonitruum concursus facere, Democritus narrat: item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad veneficia pertinentia quae dicit quamquam falsa existimantes, omittemus, praeterquam ubi irrisu coarguendum. Dextro oculo si viventi eruatur albugines oculorum cum lacte caprino tolli. Linguam adalligatam prodesse puerperiis. Eundem salutarem esse parturientibus, si sit domi: si vero inferatur perniciosissimum. Linguam si viventi adempta sit, ad judiciorum eventus pollere. Cor adversus quartanas illigatum nigra lana primae tonsurae. Pedem e prioribus dextrum, hyaenae pelle adalligatum sinistro brachio, contra latrocinia terroresque nocturnos pollere. Item dextram mamillam contra formidines, pavoresque. Sinistrum vero pedem torreri in furno cum herba, quae aeque chamaeleon vocatur, additoque unguento in pastillos digeri: eas in ligneum vas conditas praestare, si credimus, ne cernatur ab aliis qui habeat. . . "

fuit Bolli Mendesii, ut in Auctorum Indice monuimus. verba Democritus Herod.

Διος Ηρῷον. Σηστός. Συνοικία. Ἀετός. 248
Ζεύς.

„VI.(V) Est percelebris (1) apud Seston urbem aquilae gloria: educatam a virgine retulisse gratiam, aves primo, mox deinde venatus aggerentem. Defuncta postremo, in rogum accensum ejus injecisse sese, et simul conflagrasse. Quam ob causam incolae quod vocant Herom in eo loco fecere, appellatum Jovis et virginis, quoniam illi deo ales adscribitur.."

Plin. φυσ. Βιβ. X.

---

(1) Recitat hoc ipsum ex Phylarcho Tzetzes Chiliad. IV. Hist 134 vers. 288. Aelianus item, Hist. anim. lib. II cap. 40 et lib. VI c. 29. Miracula obsequii, relataeque ab aquila gratiae collegit ex diversis veterum scriptis Aldrovandus. Ornithol. lib. I p. 48, 49.

Ζῶα

Δημόκριτος

Περὶ βατράχων

256

XVIII . . . . « Democritus quidem tradit, si quis extrahat ranae viventi linguam, nulla alia corporis parte adhaerente, ipsaque dimissa in aquam, imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti, quaecumque interrogaverit, vera responsuram. » — Πλιν. φυσ. ἱσ. Βιβλ. XXXII

« Après Pythagore, Anaxagore, Democrite, Heraclite, Eutyphron et quelques autres hommes célèbres enseignèrent la médecine dans leurs écoles philosophiques; et malgré les erreurs que l'on peut reprocher aux doctrines des uns et des autres, erreurs inséparables du temps où ils vécurent, on ne saurait se dissimuler que ces philosophes firent faire de grands progrès à la science dans plusieurs de ses parties. » — Σπρεγγελ [?] Πλιν. φυσ. ἱσ. Excursus II. σ. 572 κ.ε. Fournier-Pescay.